



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

379. Qvodnam sit officium Coadjutoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

3. Respond. Tertio in Coadjutoris perpetuis sufficit à Coadjutore tempore concessionis haberi habitu Ordinem, quem beneficium expostulat, si ve sufficit, ut intra annum ad illum Ordinem promoveri valeat. Castropal. loc. cit. p. 9. n. 11. Ventrigl. loc. cit. Barbof. jur. eccl. l. 3. c. 10. n. 90. citantes Garciam de benef. p. 4. c. 5. in addit. n. 170. (vel ut Castropal. l. 42.) Paris. de resign. l. 4. q. 9. n. 19. Gonz. loc. cit. n. 90. ubi sufficit, quòd Coadjutor tempore gratia sit in legitima ætate, ut promoveri valeat ad Ordinem requisitum pro tali beneficio, ad quod conceditur Coadjutoria, quàmvis tunc ordinatus non sit. Rationem etiam solent dare hanc, quòd non sit amplius expostulandum in Coadjutore quàm in ipso proprietario; sufficiat autem hunc seu intitulatum & obtinentem beneficium posse intra annum ab obtento beneficio suscipere dictum Ordinem. Castropal. loc. cit. Proceduntque hæc ipsa in ecclesia, ubi Canonicus vigore particularis statuti tenetur esse actu sacerdos tempore promotionis; adhuc enim sufficit Coadjutorem talis Canonici habere clericatum & legitimam ætatem ad Ordinem requisitam, ita ut intra annum possit promoveri Barbof. cit. c. 10. n. 78. Ventrigl. loc. cit. n. 47. citantes Garc. ubi ante. Caputaq. decis. 127. n. 1. & 2. quin & ne quidem tenetur Coadjutor se facere promoveri ad dictum ordinem, dum Coadjutor non vult, ut Coadjutor inferviat; cum tunc non inferviat, ad modum, quo habens curam animarum non actu sed habitu tantum, non tenetur facere se promoveri intra annum. Ventrigl. loc. cit. Barbof. loc. cit. n. 79. citantes Garciam ubi ante. Et hæc quidem secundum sententiam communem, ut inquit Castropal. loc. cit. Verumtamen distinguit ipse loc. cit. p. 10. n. 42. ita, ut procedat in Coadjutoris perpetuis respectu dignitatum vel canonicatum cathedralium curam animarum non habentium: non verò procedat in Coadjutoris respectu dignitatum aut beneficiorum habentium curam animarum; de his enim inquit: si Coadjutor sit beneficii curam animarum habentis, existimo, constitui debere actu sacerdotem, neque sufficere, ut intra annum ordinetur; quia hujusmodi Coadjutor datur,

ut per se sacramenta ministrat, quæ absque sacerdotali ordine ad ministrari nequeunt. Neque aut, ob stare adductam rationem, quòd ipse proprietarius, etiam curatus obligatus non sit tempore obtentionis habere ordinem illum; quia is non obligatur intra annum possessionis beneficio deservire per se, sed sufficiat deservire per alium; Coadjutor verò à die suscepta Coadjutoria obligetur deservire per se; quia non debet dari Coadjutor Coadjutoris &c. Canonicatus etiam simplex administrari possit per annum à clerico in minoribus constituto, adeoque & à Coadjutore non initiato Ordinibus sacris. Contrarium tenente Parisio loc. cit. ubi expressè: etiam in beneficiis curatis & dignitatibus curam animarum habentibus Coadjutoria potest concedi non sacerdoti, dummodo sit in ea ætate, in qua possit intra annum ascendere ad sacerdotium. pro quo citat Rotam coram Guido bona 10. Maj. 1551. in una Oxoniens. archidiaconat. Caputaq. decis. 127. l. 1.

4. Resp. Quarto Coadjutor Canonici, aut dignitatis non curata, habentis tamen annexum Ordinem, casu quo obligatus est pro Coadjutor infervire (secus est, si ad hoc obligatus non est) tenetur sicut ipse intitulatus, seu proprietarius intra annum suscipere Ordinem illi præbendæ aut dignitatis annexum. Castrop. cit. p. 10. n. 2. dicens ab hac sententia securam non recedendum. Rationem dat, quòd ex Coadjutoria accepta obligetur non solum satisfacere Coadjuto, si non serviat, sed obligetur ad servendum; sed quòd alias ecclesia non esset satis provisa; servitium verò præbendæ habentis annexum Ordinem non possit exerceri sine tali Ordine; ideo si quidem præbendæ annexum habeat ordinem, quia servitium illius illum Ordinem exigit. Unde jam ait, leves esse in contrariis rationes; nempe quòd hæc suscipiendi ordines obligatio annexa sit præbendæ, non servitio; sed quòd servitium præbendæ exerceri possit, quin actus ordinis exercetur. Item quòd Coadjutor ad solam causativam obligationem teneatur, hoc est, ita teneatur, ut si servitium omittat, non satisfaciatur Coadjuto; non verò teneatur ad obligationem præcisam.

CAPUT SEXTUM.

De Officio & obligatione Coadjutoris.

Quæstio 379. Quodnam sit officium Coadjutoris.

R Esp. Coadjutoris Episcopo vel alteri Prælato aut Rectori propter senium, aut infirmitatem assignari duo sunt officia & obligationes; videlicet primò, ut Prælati seu Rectoris curam gerat; deinde curam ecclesiæ in iis, quæ pertinent ad officium Prælati, cui datus Coadjutor. Layman. in c. ex parte. de cler. egrot. n. 2. Sic officium Coadjutoris Episcopi est omnia episcopalia exercere, si est consecratus Episcopus, & humiliter facere, quæ non potest Episcopus. Barbof. jur. eccl. l. 1. c. 15. n. 52.

Quæstio 380. An teneatur Coadjutor deservire & supplere pro Coadjuto?

R Esp. primò, si Coadjutor de facto non deserviat, aut juvet Prælatum in supportandis oneribus, non propterea irritabitur aut minus subsistet gratia Coadjutoria; cum pro illa sustinenda sufficiat justificare causas, ob quas ea concessa nempe necessitatis, aut utilitatis ecclesiæ, ne scilicet illa propter impedimentum Prælati detrimentum patiat. Remouch. c. 13. n. 2. Unde jam etiam illud inferri videtur, Coadjutorem vi Coadjutoria assumptæ præcisè non teneri infervire actu, si de hoc nihil in concessione Coadjutoria expressum; vel etiam, si concessa cum clausula, ut possit infervire. id enim non tam obligationem quàm liberam potestatem infervendi pro Coadjuto importat. Navar. cons. de cler. egrot. n. 3. & 4.